

Nota : R. Salomon, Lyranus, Vatablus, Pagninus vertunt : *Non inventisti eos, scilicet quasi perfosores et latrones, ut jure posset eos occidere. Verum hebreice est יְתַחֲדֵשׁ נָא lo mesatim, id est non inventi eos, in prima persona, non in secunda.*

Secundo, pro in omnibus, quod hebreice est תְּנִינָה, id est illis, Septuaginta aliis punctis legerunt τίνη εἰα, id est querens : unde vertunt, in omni queru, scilicet idolis sacra, inventi eos idolatrias.

33. Et **DIXISTI** : ABSQUE PECCATO ET INNOCENS EGO SUM. — Indignatur Deus Israel non tam ob scelera, quam quod ea nolit confiteri, ac se innocenter clamet. Quoicunque subdit : « Ecce ego iudicio contendam tecum (iudicabo et convincabo te) et reum multorum scelerum per Jeremiam aliosque Prophetas » eo quod dixeris : Non peccavi, » « Innocentia vera, » sicut S. Augustinus in *Sent.* numer. 1, est quae nec sibi, nec alteri noet. Quoniam qui diligit iniuriantem, odit animam suam, et nemo non prius in se, quam in alterum peccat; et num. 117 : « Eam Deus innocentiam probat, quia homo non metu peccati innocens, sed amore justitiae. Nam qui timore non peccat, quanvis non noceat cui vult nocere, tamen plurimum nocet; et abstinentibus ab iniquo opere, sicut tamen reus est voluntate. »

36. QUAM VILP VACTA ES! — Recte revertit Interpres, quia וְיַרְאֵל, vel potius יְמִינֵל (ita enim punctum adum est), a radice יְמִינָה, id est vallis no, et ascendit : reuentores revertunt : Cur ita discursis iterando vias tuas? quia texeli ab יְמִינֵל, id est abiti, ambulavit, deducunt. Verum sic texeli debetur scribi per aleph; hic autem caret aleph.

Nota : Peccatum est animo spiritualis summa spuria et vilias, sicut summum virginis probrum est corruptio, qua perdit virginitatem. Preclaro S. Augustinus, in *Sentent.* num. 287 : « Quam excellens, inquit, bonum natura humana sit, ex hoc maxime apparet, quod datum ipsi sit ut possit summi et incomparabili boni adherere nature. Quod si noluerit, bono se privat, et hoc ei malum est : unde per justitiam Dei etiam crucifixus consequetur. Quid enim tam iniquum, quam ut deseritor boni bene sit? Aliquando amissi superioris boni non sentitur malum, dum habet quod est amatum inferius bonum. Sed divina iustitia est, ut qui voluntate amisit quod amare debuit, amittat cum dolore quod amat. » Quia enim peccator non sentit iustitiam culpa, hinc

facit Deus ut eamdem sentiat per vilitatem et cruciatio pone.

Ab **EGYPTO CONFUNDERIS**, — q. d. *Egyptus* non poterit tibi optulari, ut non potuerunt Assyrii Solebant Iudei ab hostibus pressi ad *Egyptios* vel Asyrios confugere, non ad Dominum. Sic Achaz petit opem a Teglatphasar rege Assyriorum, IV Reg. xi, 7, qui licet tunc eum jurerit contra regem Syriae, postea tamen Assyrii oppresserunt Iudeos, maxime cum Manassen ceterum.

Ita S. Thomas, Lyranus, Dionysius, q. d. *Fugis, o Israel, jam ad Egyptios, jam ad Asyrios; sed frustra : nam sicut ex Assyria, sic ex Egypto confusa regredieris, complicata super caput tuum manibus, in signum pudoris et doloris.* Ita S. Hieronymus et Theodoreus.

Sic accedit iis qui confidentes in amiciis, opibus, fortitudine, Deum deserunt : hunc enim confidentiam et spes Deus obteret et confundet, ut nihil prosperum habeant in eis.

Moraliter ergo, hic disce veram amicitiam esse cum Deo, et cum iis qui Deo conjuncti sunt; cum certe amores esse fallaces et meroctricos. Soli enim Deo virisque divinitus convenit illud veri amici symbolum ac tesseram quam dant sapientes. ut Salomon, *Prover. xvii, 17* : « Omni tempore diligat qui amicus est : et frater in angustiis comparabatur. » Et *Ecccl. cap. xii, 8* : « Non agnoscetur in bonis amiciis, et non abscondeatur in malis inimicis. » Et Augustinus, lib. LXXXIII, Ques. LXII : « Nihil sic probat amicum, quemadmodum oneris amici portatio. » Et Isidorus, lib. III *De Sommo bono* : « In prosperitate incerta est amicitia, nec sentitur utrum persona , et non felicitas diligatur. » Et Boetius lib. III *De Consolat.* : « Quem felicitas animam facit, infortunium facit inimicum. » Et Aristoteles, VII *Ethic.* : « Tempus indicat quis sit qui vero amore amicum prosecutatur. » Et Ovidius lib. I *Trist.* :

Donec eris felix, molitus numerabis amicos :
Tempora si fuerint nobilia, solus eris.

Ut hirundines vere accedunt, sed hieme adveniente recedunt : ita adulatores in prosperitate adsumt, in adversis fugiunt. Tales sunt deities, honores, idola, quin et homines naturaliter amici : omnes enim querunt que sua sunt, nisi Dei charitatem et amicitiam induant. Hec ergo cum Deo sola vera et perfecta est amicitia.

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Persistit in materia et metaphora adultera repudiata, per quam Synagogam idololatram intelligit, cumque revertit ad paenitentiam. Secundo, vers. 7, ostendit gravius peccasse Iudam quam Israel. Tertio, vers. 14, avolut ad Christianum, per eumque Iudeis veritatem, gratiam et gloriam promittit. Quarto, vers. 20, reddit ad sua tempora, at Judaeos horatur, ut ad Deum redirent, formansque paenitentia eis prescribit, quam amplexi sunt Iudei duce Josia pio rege, quo regnante haec prophetavit Jeremias.

Tropologice haec facile est adaptare cuius anima peccatrix, iuxta Canon. XLV (1).

1. Vulgo dicitur : Si dimiserit vir uxorem suam, et recessens ab eo, duxerit virum alterum : numquid revertetur ad eam ultra? numquid non polluta et contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amoribus multis : tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te. 2. Leva oculos tuos in directum, et vide ubi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine : et polloqui terram in fornicationibus tuis, et in matutinis tuis. 3. Quam ob rem prohibite sunt stillæ pluviarum, et serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, nolusti erubescere. 4. Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitas mea tu es: 5. numquid irascaris in perpetuum, aut perseverabis in finem? Ecce locuta es, et fecisti mala, et potuisti. 6. Et dixit Dominus ad me in diebus Josie regis: Numquid vidisti que fecerit aversatrix Israel? abit sibi met super omnem montem excelsum, et sub omni ligne frondoso, et fornicata est ibi. 7. Et dixi, cum fecisset haec omnia: Ad me revertere: et non est reversa. Et vidit prævaricatrix soror ejus Juda, 8. quia pro eo, quod moechata esset aversatrix Israel, dimissem eam, et dedissem ei libellum repudiandi: et non timuit prævaricatrix Juda soror ejus, sed abit, et fornicata est etiam ipsa. 9. Et facilitate fornicationis sue contaminavit terram, et moechata est cum lapide et ligno. 10. Et in omnibus his non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus. 11. Et dixit Dominus ad me: Justificavit animam suam aversatrix Israel, comparatione prævaricatrix Iudea. 12. Vade, et clama sermones istos contra Aquilonem, et dices: Revertere, aversatrix Israel, ait Dominus, et non avertam faciem meam a vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascer in perpetuum. 13. Verumtamen scito iniuriam tuam, quia in Dominum Deum tuum prævaricata es: et dispersasti vias tuas alienis sub omni ligne frondoso, et vocem meam non audisti, ait Dominus. 14. Convertimini, filii revertentes, dicit Dominus; quia ego vir vester: et assumam vos unum in civitate, et duos de cognatione, et introducam vos in Sion. 15. Et dabo vobis pastores iuxta cor meum, et pascet vos scientia et doctrina. 16. Cumque multiplicati fueritis, et creveritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent ultra: Arca testamenti Domini: neque ascendet super eorū, neque recordabuntur illius: nec visitabitur, nec fiet ultra. 17. In tempore illo vocabunt

(1) In hoc secundo sermone qui usque ad finem cap. vi continuatur, premissa objurgatione fit cohortatio ad paenitentiam, cap. vi, 23; cap. iv, 7; ostenditur vindicta summae justitiae, cap. v, et denuntiatur execratio cap. vi. Picta violenter haec oratio haud longe postquam Josias serua emen dasset, et cunctum Del puritatis sue restituisset, cum populus, quanvis needum melior factus, spem feliciorum temporum conciperet. Eam vero irritans fore votus haec oratione ostendit, nisi vita moribusque in melius mutata mala sibi immunitaria averterit.

Premissa igitur objurgatione, ubi Propheta exponit Israelitarum idolatriam et impenitentiam, 6, 7; et exag-

gerat Judeorum majorem et alias sceleribus anciam militiam, 8-11; cohortatur ad penitentiam:

Pauci, propositis ratione, et modo conversionis, 12-14.

Secundo, additis promissionibus, tum de populo reducendo in patriam, et regendo a pastoribus melioribus, 14, 15; tum de Ecclesia liberanda a legalibus, et amplificanda a gentibus, et adiuvando ex Iudeis et Israelitis, 16-18.

Tertio, insertis documentis, primo, de divina clementia, per tolerantiam diu frustrate expectationis, 19, 20; secundo, de peccantium miseria, per hypotyposin agnoscendum suam confusionem, 21-22.

Jerusalem Solium Domini : et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, et non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimi. 18. In diebus illis ibit dominus Iuda ad dominum Israel, et venient similis de terra Aquilonis, ad terram quare dedita patribus vestris. 19. Ego autem dixi : Quonodo ponam te in filios, et tribuan tibi terram desiderabilem, hereditatem praesclarum exercitum Gentium? Et dixi : Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis. 20. Sed quomodo si contempnat mulier amatorem suum, sic contempsit me dominus Israel, dicit Dominus. 21. Vox in viis auditus est ploratus et ululatus filiorum Israel : quoniam iniquam fecerunt viam suam, oblitii sunt Domini Dei sui. 22. Convertimini, filii revertentes, et sanabo aversiones vestras. Ecce nos venimus ad te : tu enim es Dominus Deus noster. 23. Vere mendaces erant colles, et multitudine montium : vere in Dominio Deo nostro salus Israel. 24. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum, et armenta eorum, filii eorum, et filias eorum. 25. Dormiemus in confusione nostra, et operiet nos ignominia nostra : quoniam Domino Deo nostro peccavimus nos, et patres nostri, ab adolescentia nostra usque ad diem hanc : et non audivimus vocem Domini Dei nostri.

1. VULGO DICITUR. — Hebrewae רְאֵמָרֶת lemor, id est dicendo, supple, dicitur; licet Vatablus et Hebrei id referant ad finem cap. preced. : « Obtrivit Dominus confidentiam tuam, » scilicet dicens quod sequitur : « Si dimiserit » etc. Verum minus recte : nam dicere, revertere, non est confidentiam obterere, sed augere.

POLLUTA ET CONTAMINATA ERIT NULIERILLA. — Hebreice, terra illa, q. d. Censeretur terra polluta talis mulierum reputandis commercio, si eam vir prior reciperebat, ut dicitur Deuter. xxiv, 4. Ita Vatablus. Noster pro terra veritatis, mulier, quia mulier polluta poluebat terram, idque apte responderet plebi Israëliticae repudiat et polluit, q. d. Semel repudiat nec revocari, ne sine peccato et infamia probrobum utriusque, immotus terræ, redire potest ad maritum, iuxta legem Deuter. cap. xxiv, 8; tu tamen non tantum repudiata, sed et adultera redi ad me; ego to recipiam libens, immo infamiam hanc suslinnebo, hoc dedecus feram, quinquo si opus fuerit te redimam. Maldonatus vero censem mulierem metaphoram terram appellari, quod a viro quasi ager colatur, seminatur, et fructus ferat. Sed prior sensus commodior est et placitor.

CUS AMATORIBUS. — Septuaginta, cum pastorebus : pro διά την εδών λεγεντούν τούν τούν.

2. LEVA OCULOS TUOS IN DIRECTUM. — Hebreice סַפְתָּם sephaim, id est in colles et loca excelsa, q. d. Circumspice quaqueversum montes et collibus, quantum potes visu assequi, et ubique videbis tuae formicationis, id est idolatrie, vestigia.

EXPECTANS EOS QUASI LATRO. — Hebreice קָנְבָרִי kanbari, id est sicut Arabs, id est sicut latro, quia Arabs ut nunc, ita et tunc, latrocinii erant dediti, ait S. Hieronymus. Septuaginta legit בְּרֹבֶר boreb, id est sicut cornix, aut pollius corvus, qui sedet in viis, ut ibidem projecta asinorum vel equorum cadavera depuscatur : ita

enim et tu diis mortuis, quasi cadaveribus, colendis inhiabas. Nostræ versionis sensus est, q. d. Sedisti, o merecator, in viis quasi latro ad vesperum, ut concubitus two animas interficeres forniciantem, Proverb. cap. viii, 9, puta civium et exterorum, quos ad idola tua abduciebas, sicut Galadates armati abducabant euntes in Jerusalen, ad suos vitulos auroeos, Osœ, cap. vi, vers. 8 et 9.

Secundo, alii sic explicant : Sedisti quasi Arabs, scilicet mercator, qui in viis publicis tentorum fugit, ut vendat sua vel emat a transcurrentibus : ita enim tu, o Israel! tua idola exposuit publice, ut ad eorum cultum omnes transcurrentes impellebas. Ita Isidorus, Theodoreus, S. Thomas, Hugo et Lyranus. Prior sensus germanior et efficacior est. Hoc est quod ait Ezechiel, cap. xvi, 31 : « Faciest luporum tuum in capite omnis viae. »

3. QUAMOERUM PROHIBITI SUNT STILLE PLUVIA-RUM, ET SEROTINUS IMBER NON FUIT. — q. d. Scoleribus tuis tibi cœsum clausisti ne plueret; itaque tibi famem et sterilitatem accersivisti.

Dico hic publicum peccatum, dum non punitur, totam terram et rempublicam contaminare, ideoque publica clade a Deo puniri. Nam, ut recte a Sanchez, in publico peccato publice ab omnibus peccari censeretur, dum ali ferunt, ali dissipulant, ali annuntiant, ali defendunt, ali etiam iniuriant.

Nota : In Scriptura « serotinus imber » vocatur is qui in Palestina decidit tempore veris (in martio) quo fruges maturescunt; sicut « matutinus » vocatur is qui in octobri decidit statim post sationem, et semina sata rigat, eaque germinare facit; scilicet per stillas, ut hic dicitur, assiduas et lente cadentes; unde vocatur hic : « Stille pluviarum, » his enim duabus temporibus pluvia frugibus maxime est necessaria.

FRONS MERETRICES FACTA EST TIBI, NOLUISTI ERUBESCERE. — Aliud ad meretrices impudent-

tes, que nomen non tantum cella suis in fornicatione, sed et fronti inscribant, ut fecit purpura meretrice Babylon, Apoc. xvii, 5. Vide ibi dicta, vide et Martinum de Roa, lib. IV Singul. cap. x : « Ingratitudini, inquit Xenophon lib. I Padi Cyri, potissimum impudentia videtur esse comes, que ad omnem turpitudinem maxima dux est. » El Menander :

Qui vero nec erubescere scit, nec matuere, illa primis universa tenet impudentias.

Caligula Imperator dicebat « se nihil magis in sua natura probare, quam ἀπαρτέψεις, id est invereCMDIAM. » Vox carifice quam Imperatore dignior. Pudor enim multis, etiam improbos a turpibus revocat.

Sic Achilles apud Homerum vocat Agamemnonem κύνων, id est canino vulnu. Et rursum : κύνων, κυνός δὲ οἰκόπεια.

Canis habens oculos, cor cervi.

impudentiam significans cum timiditate conjunctam.

Aristogiton, orator Atheniensis, ob impudentiam vocatus est Canis. Ita Volaterranus lib. XIII, cap. IV.

Vatinius, qui bis a Cesare sibi reconciliato in iudicis publicis defensus est, impudentissimus fuit. Assiduo enim, ut Seneca ait, convicio depudere didicera.

Nota est Diogenis et Cynicorum invercunda et in propria libido instar canum.

« Full C. Fimbria perdissime audacia homo, qui Crassum interempti, quicque in funere C. Marii, Q. Scævolam virum sanctissimum vulneratum curavit; et ubi ferrum non alit in corpus descendisse accepisset, diem illi dixit. Administribus enunciis quod Pontifex maximus optimum totius civitatis civem accusaret, crimen expectantibus dixit se illum accusare, quod non totum telum corpore exceptisset, » inquit Cicero pro Iloscio. Denique S. Gregorius in Psalm. 1 Penitent. : « Illud, ait, verum est aperte desperationis indicium, si verecundia non sequitur peccatum. » Vide cetera.

4. ERGO SALTEM ANONO (ex nunc a me invitata et rogata) VOCA ME, PATER NEUS, DEX VIRGINITATIS MER-TU ES. — id est, tu es mihi pater, qui a pueritia,

cum virginum esse a matre et patre neglecta, et in sordibus abjecta et projecta, quasi pater suscepisti, educasti et rexisti me. Potest, secundo, dux virginitas accepi sponsus, q. d. Tu sicut mihi es pater, ita es et sponsus, quem virgo et adolescentula duxi, ideoque maxime adamavi : sponsus enim in parentis locum et curam succedit. Parentis enim curam filii sue in sponsum transcribit, sum eam illi disponens, et in domum suam descendam tradit. Sponsus ergo sponse virginis est instar patris. Ita Theodoreus ac Sanchez. Ac forte alludit ad primam feminam originem ex

viro ; Eva enim uxor Adae, cum ex ejus latere formata sit, videtur mariti sui fuisse filia. Jerome consentit. Trismegistus, enjus in Pimandrum de Deo est vox : « Deus in verbo sancto clamavit : Vos, quibus mentis portio concessa est, recognoscite genus vestrum, vestramque immortalarem naturam considerate : quia de causa quiesceps cognoscit vita et lux compositum, transit in Ocum; quoniam vita et lux est omnium pater, ex quo natus est homo. » Hinc ortum videtur illud : « Nosce ipsum, » quo monetur homo ut divine sua originis memor, divinas et Deo dignas suscipiat actiones.

5. NUMQUID IRASCERIS IN PERPETUUM, AUT PERSEVERAS IN FINEM? — Chaldaeus, S. Thomas, Vatablus et Castro sic explicant, q. d. O Domine ne milii semper irascaris, neque perseveres in recordatione et ultione peccatorum meorum. Verba sunt Dei, que docet populum sibi dicere, quisve se invocare, ut ejus misereatur. Avidior enim est Deus reconciliationis, quam sint ipsi peccatores, ait S. Chrysostomus hom. 44 in Genes. Ille est enim incredibilis ejus misericordia, ut, cum nobis ob peccata nostra iratus est, orationem nobis componat, qua cum placemus; pendent enim haec verba a precedentibus : « Voca me, Pater meus, » etc.

Secundo tamen probabiliter, Theodoreus, Lyranus, Dionysius et Sanchez de sponsa sic explicant, q. d. Numquid, o Juda, in perpetuum offensus et iratus recedes et fugis a me? numquid permanebit in perpetuum, aut conservabitur in victoria? supple, mendacio et illusio tua, ait Theodoreus, q. d. Perseverabitne jugiter illusio tua, quasi inde spes te victimam futuram, ut tua pertinacia me ameant patientiam vincas, ego que deinde affectus te dimittam et negligam?

ECCR. LOCUTA ES. — q. d. Ecce, mox ut haec quasi dux locuta fueris, et oraveris, quamvis multa mala feceris ; « potuisti, » id est poteris, id est prevaricias contra me, vices et flectes me, et flagellum quod tibi intento, et manu mea extorquis, meque in pristinum tui amorem rapies. Prophetice ponuntur preterita pro futuris.

Secundo, Sanchez juxta expositionem paulæ ante datam sic explicat, ut si severa dictiorum factorum sponse meretricias reprehensione, quod implie et turpiter non tantum locuta, sed et operata sit, quodque se nequiter facturam dixerat, hoc opere compleverit; nec tamen satiata, lassata aut viribus exhausta sit, quin novis sursum sceleribus animo et corpore tuberalit. Hoc est enim et potuisti, id est, potens es adhuc, et indefesso interrogare ad peccandum animo.

6. AVERSATRIX. — Ita dicitur Israel, sive decemtribus, quod ab initio sui schismatis et regni, et palam et communis consensu, coque iugis et perenni, aversatae sint Deum verum ejusque cul-

COMMENTARIA IN JEREMIAIM PROPHETAM, CAP. III.

tum, idque continuo per tria secula: unde omnes reges haberunt impios et idololatras. Ita S. Hieronymus, Theodoreus, Augustinus, lib. XVII. Civit. xxii, Rabanus et Isidorus. Vera enim Ecclesia et religio inclusa fuit in Iudea et regno Davidis; voluit enim Deus, ut regnum, ita templum et sacerdotium collocare in Iudea et Sion, propter Christum ex Iuda nasciturum; sicut iam Ecclesia vera collocata est Romae et in Romano Imperio: eo deficiente magna parte deficit, et veniet Antichristus. Unde Optatus Milevitanus, lib. III. *Contra Parmen.*, dixit: « Rempubliam non esse in Ecclesia, sed Ecclesiam esse in Republica, » id est in Romano Imperio. Hinc Ecclesia, ait Eusebius, lib. III. *Demonstr.*, semper orat pro conservatione Romani Imperii, ut scilicet cum eo servetur et propagetur Ecclesia. Israel ergo « abiit sibi met», id est, quo eum deuebat sua cupido et libido.

7. PREVARICATRIX SONOR EIUS IUDA. — Israel dicitur « aversatrix », Iuda vero « prevaricatrix », quia Dei cultum refutavit, licet ab eo sepius pravum et occule ad subdole, aliquando etiam publice, ad idola deserviri, sub Manasse, Achaz et aliis impensis regibus: hoc enim est prevaricatio Iuda.

8. ET FACILITATE. — quia tam prona et facilis erat ad fornicationem, id est ad prevaricatio Iuda.

10. IN HENDACIO. — id est feste et similitate.

11. JUSTIFICAVIT. — q. d. Minus peccavit Israel, id est decem tribus, quam Iuda, id est duae reliquiae tribus, ut praecipua illa videri possit justa. Sic Luc. xviii, 14, dicitur: « Descendit hic (Publius) justificans in domum suam ab illo, » pro Phariseo. Sic « non justificabitur in conceptu Dei omni vivens », Psal. cxlii, 2, id est « comparatione Dei », ut ait S. Job cap. iv, 17. Simili omnino schemate durum suarum meretricium, Olla, id est decem tribuum, et Ooliober, id est Ierusalem, hujus pro illa fornicatione, id est idolatriam, narrat et damnat, Ezechiel cap. xxii, et cap. xvii, 31, et dicit quod haec illam, i.e. Sodomam, justificaverit. Licit enim plura fuerint Israelis peccata, et continua idolatria; tamen in Iuda gravior fuit: primo, quia in ea erat major cognitio Dei et veritatis: in eo enim Deus quasi sua domo constituerat regnum, sacerdotium, templum, prophetas et doctores; secundo, quia, cum videtur Israelen a Deo puniri, et in captivitate duci ob idolatriam, eam tamen secutus est; tertio, quia majori ardore subinde, puta sub Manasse, ea coluit quam Israel, immo tunc omnes Dei prophetas occidit, hoc significat vox insinuativa.

12. VADE, ET CLAMA SERMONES ISTOS CONTRA AQUILONEM. — Putat R. Salomon Jeremiam fuisse in Babylone, Hugo et Lyranus in Israel, alii eo legatum misse. Sed dico per vade et clama tantum hi jubent ut faciem aequae ac pedes (unde Sanchez: vade, ait, q. d. agendum, ut sit quasi adverbium existentis) convertat ad Israel, id est decem tribus

(huc enim est aversatrix) ad Aquilonem, id est in Assyria Aquilonari captiwas; ita Lyranus, Dionysius et alii; easque silentio voce exhortetur et invitetur ad Dei cultum, ut sic ad simulationem provocet Judam, eique minister, nisi resipiscat, se eo relicto ad Israel arbitrur, ut ab eo colatur. Sie Christus a Judeis abit ad gentes. S. Hieronymus, Rabanus et Hugo Cardinals putant hic sermonem fieri ad duas tribus in Chaldaea captiwas, et ad decem tribus in Assyria degentes, earumque predicti liberationem et reversionem. S. Thomas vero et Vatabulus putant hic sermonem fieri ad decem tribus, predicante eis quod redibunt ex spirituali captiuitate per Christum et Apostolos. Sed quod dixi, verius est.

Quia SANCTUS EGO SUM. — Hebraice quia טהו chasid; Septuaginta, ἡ θεοφάνεια, id est quia κατεργάσας ego sum, ut in vos miseris meam gratiam et benevolentiam effundam, si resipiscatis, et ad me redeatis.

13. DISPERGISTI (Chaldeus, corripisti; Septuaginta, effudisti) VIAS TUAS. — ut scilicet disperges te, et vagareris eundo nunc ad hoc, nunc ad aliud idolum. Alter Lyranus et a Castro, vias, inquit, id est pedes, quibus imus per vias, q. d. Dispersisti, id est divisisti quasi meretrices pedes tuos utique fornicario, Ezech. xvi, 25. Significat haec metaphorica profusam idolatriam Iudeorum.

14. CONVERTIMINI (non ex Babylone, sed ab idolatria) FILII REVERTENTES. — id est recedentes a me; Septuaginta, apostate. Loquitur non ad Israel, ut vult Vatabulus, sed reddit ad Judam, ad quem cepit loqui vers. 4 et seq. Alter Sanchez, convertimini, inquit, revertentes; id est convertimini serio, ut toto animo conatu revertantimi.

Præclare S. Augustinus in *Sentent.* tom. III. Sent. 71: « Remedia, ait, conversionis ad Deum nullis cunctationibus sunt differenda, ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim penitenti promisit indulgentiam, dissimilantur diem crastinum non spondon. » Et Sent. 235: « Nullus in Deo locus est, nec est quo fugiatur ab ipso, nisi ad ipsum. Qui vult evadere offensum, confugiat ad placatum. » Et Sent. 240: « Apud misericordiam Dei plurimum valet confessio penitentis, qua facit peccator confitendo proprium, quem negando non facit nimis. »

Ego VIA VESTER. — Hebraice יְהוָה בָּאתִי, id est ego maritatus sum vobis, ego quasi maritus vos possesti, et, ut Septuaginta, vobis dominatus sum, scilicet per legem veterem. Ita Theodoreus et Hugo. Licit Lyranus, Dionysius, Vatabulus putent Jeremiam loquii Ecclesie Christi: hujus enim Deus in Christi futurus erat maritus. Verum hebraice preteritum est, non futurum. Prior ergo sensus simplicior est et planior.

ASSUMAM VOS UNUM DE CIVITATE, ET DUOS DE COGNATIONE, ET INTRODUCAM VOS IN SION. — q. d. Pauco ex singulis urbibus et cognitionibus Judeo-

COMMENTARIA IN JEREMIAIM PROPHETAM, CAP. III.

rum eligam, ut reliquie eorum salve stant per Christum. Nota: Propheta, aut potius Deus, hic non loquitur de redditu Iudeorum ex Babylonie sub Cyro et Esdra, ut volunt Hebrei, Theodoretus, Hugo et S. Thomas: tunc enim non unus aut duo, sed 42 milia redierunt, nec tunc arca fuit despecta, nec omnes gentes congregata fuerunt ad Dominum (aliud tam tamen eo, illaque obiter perstrinxit); sed assurgit et avolat ad Christum, ut patet ex seq., maxime vers. 18 et 19; unde per Sion Eodesiam accipit, per pastores Apostolos, et similes viros: magna enim pars felicitatis populi est bonis habentes pastores et rectores. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus, Hugo, Lyranus, Vatabulus, R. Salomon et omnes Hebrei, et Vatabulus. Unde R. Samson apud Galatinum, lib. IX, cap. II, censet alii duci ad Ioseph et Caleb, qui duo soli ingressi sunt terram promissionis. q. d. Par modo tempore Messiae, paucissimi Iudei eum recipient, et in celestem illam terram promissionis ingredientur. Vide quoque Eusebium, lib. II. *Demonstr.* cap. LIV.

16. NON DICUNT ULTRA: ARCA TESTAMENTI. — Per arcam omnia sacrificia et sacramenta vetera et legalia accipe: haec ergo cum arca cessabunt quasi umbra, cum Christus, qui verissima est arca sapientie et gratiae divinae, apparuerit, aut potius, cum arca operculum, id est propitiatum, apparuerit, scilicet Christus, arce, id est Ecclesia, Deum reconcilians.

NRQ ASCENDIT SUPER COR. — Nemo de ea cogitat, nemo de ea loqueretur, q. d. Tempore Christi non amplius jactabant Iudei ceremonias legis Mosaici.

Nec VISITABITUR. — Solebant enim arcam visitare, quasi oraculum, ut responsa et beneficia a Deo peterent.

Nec FET ULTRA. — scilicet arca, aut quid simile legale. Ita Lyranus, Dionysius, Vatabulus. Alter Chaldeus: Non visitabitur, ait, arca tempore belli, nec fiet prolatus arce ad prælia, ut sub Heli factum est. Alii, non fet, id est non sacrificabit amplius; sicut enim at Virgilus, Ecloga III:

Cum faciam vitula pro frigibus, ipse venio.

Sed primus sensus est planissimus.

17. EN TEMPORE ILLO VOCABUNT JERUSALEM SOLUM DOMINI. — Aliqui per Jerusalem accipiunt ipsam urbem, cuius nomen Deus celebre fecit post redditum Iudeorum ex Babylone. Ita S. Thomas et Hugo. Secunda, S. Hieronymus, Rabanus, Hugo, Vatabulus et Lyranus accipiunt Jerusalem spiritualem, id est Ecclesiam Christi, ad quam confluant omnes gentes in nomine Domini, quod in ea invocant. Tertio et optimo, accipiunt ipsam urbem Jerusalem, quatenus in ea, quasi solio, Christus concedit, regnavit et docuit, indeque misit Apostolos ad predicandum. Unde ipsa dicitur Mater Ecclesie, et Fons gratiae, « quia de Sion exhibet lex, et verbum Domini de Jerusa-

lem, » perinde olim arca testamenti cum Cherubim erat solum Dei, ideoque Deo dicebatur:

« Qui sedes super Cherubim; » arca enim erat typus Ecclesie.

Tropologice, anima justi est thronus et solum

Dei. Ita Hieronymus.

18. IARR DOMUS IUDA, — q. d. Dissensio, quæ solet esse inter Judam et Israel, non erit amplius; sed omnes, positis odiosis, ad Ecclesiam venient, in eaque unientur. « Ibit ergo domus Iuda, » id est ibunt Apostoli et alii Judei Christiani, ad Israelitas, qui in Aquilonem, id est Assyriam, illico abduci sunt; rursum, qui mystice in terra Aquilonari peccati frigent et rigent, atque eos in Ierusalem, id est ad Ecclesiam, deducunt, ut bonis omnibus spiritualibus, patribus eorum promissis, in ea fruantur, ac tandem Ierusalem colesti potiantur. Ita S. Hieronymus, Rabanus, Lyranus, Vatabulus.

AD TERRAM QUAM DEDI PATRIBUS VESTRIS. — Nota:

Quia promissa et data patribus est Jerusalem, ad quam multi Judei et Israelites venerunt, cum primo ibi caput Ecclesia Christi, et Apostoli ad novem annos in ea se continxerunt, deinde Ierusalem, id est Ecclesia que in ea cepit, sparsa est per omnes gentes, et sic ubique gentes converuntur, ibi veniunt ad Ierusalem patribus promissam, id est ad Ecclesiam, que in Ierusalem cepit. Hinc saepe a terrena Ierusalem ad spirituali assurgunt Prophetæ.

Mystice, Aquilo frigidus significat regnum diabolus; Assyria, regnum mundi, in quo diabolus, peccato et concupiscentie servimus; terra promissa est regnum Christi et paradisi, inquit S. Hieronymus.

19. QUOMODO PONAM TE IN FILIOS? — Sunt verba Dei quasi exultantis et admirantis, q. d. Quam multos, o Sion, id est Ecclesia, que in Sion ex Iudeis incipes, dabo tibi filios, et quam pulchram et desiderabilem (hoc enim est hebraice יְהוָה יְהִי, de quo Daniel. cap. VIII, 9), « hereditatem, » scilicet totam terram, « exercitum » (ita legendum est cum Romanis), id est fortissimum, bellissimum et numerosissimum gentium! Ita S. Hieronymus.

Theodotion verit, tribuan tibi hereditatem inclitam fortitudinis robustissimi gentium, id est Ecclesiam Christi, qui duxit et dominavit est universalium gentium sibi creditum, ait S. Hieronymus. Alii nomine « exercitum » intelligunt angelos, qui duxerunt et custodes gentium. Septuaginta verum, dabo tibi terram electam, hereditatem Dei omnipotentis gentium, puta hereditatem gentium, que est hereditas Dei omnipotentis, qui est rex regum, et Dominus dominantium.

Anagogice, tribuan tibi hereditatem colessem, in qua videt S. Joannes turbam magnam, quam diu numerare nemo poterat. Ita Vatabulus, Dionysius et alii.

Hereditas patrie ecclesiæ, inquit D. Thomas est praecela: *primo*, splendore divine visionis, *Psalm. xxxviii.* 10: « In lumine tuo videbimus lumen; » *secundo*, dulcedine divini amoris, *Psalm. xxii.* 5: « Calix meus inebrians quam præclarus est! » *terti*, familiaritate divine allocutionis, *Sep. viii.* 18: « Praeclaritas in communicatione sermonum ipsius; » *quarto*, magnificientia operationis, *Ecccl. xliii.* 27: « Illa præcelara opera et mirabilia; » *quinto*, magnitudinem exultationis, *Zachar. cap. viii.* 13: « Salvabo vos, et eritis benedictio; » *sesto*, solatio societas, *Ezech. xxxi.* 9: « Elegit eum omnia ligna voluntatis, que erant in paradiſo Dei, » etc.

PATRES VOCABIS ME, — scilicet Deum tuum, non idola. Ita communiter Interpretes : S. Hieronymus tamen, Rabanus et Lyranus putant hec esse verba Christi, unde per me accipiunt Christum.

Moraliter, Deus dicitur Pater, inquit D. Thomas: *primo*, creatione, *Math. xi. 25* : *Confitebiti*, Pater, *Domini eum et terrae*; *secundo*, adoptione, *Roman. viii. 15* : *Accipietis spiritum adoptionis filiorum Dei*, in quo clamamus: *Abba Pater*; *tertio*, instructione, *Isaia xxxviii.* : *Pater filii notam facie veritatem tuam*; *quarto*, correctione, *Proverbi. iii. 12* : *Quem enim diligat Dominus, corripit; et quasi pater in filio complacet sibi*; *Praelare S. Augustinus*, in *Sentent. sent. 237*: *A quo, inquit, habet homo ut sit, apud illum habet, ut bene ci sit*. *Ei sent. 236*: *Duo vita sunt, una corporis, altera anime. Sieut vita corporis, anima; ita vita anime, Deus. Et quomodo si anima deserat, moritur corpus; si anima moritur, si deserat Christus.*

21. **VIX IN VIX AUDITA EST.** — Verba sunt Dei, desiderantes Iudeorum conversionem ab idolis, uti a Jeremia et Prophetis multi, presentim cum in captivitate aliascalamitatis incidentibus, idoneo plorarent et gerentes, conversi sunt Ita Theodoretus, Rabanus et Hugo. Alii accepunt hec de Iudeis punitientibus, quod Christum crucifixissent, *Actor. II. 37.* Lyranus et Dionysius accepunt hec de captis a Tito post Christi casdem. Verum quod dixi est verius; sed enim de more Prophetarum Iudeos sibi temporis, hisque concionator. Vide *Caenon. IV* et *V.*

22. CONVERTIMINI, FILII, REVERTENTES.— id est penitentes. Ita S. Hieronymus, Rabanus, Hugo, Lyranus. Verum in Hebreia est **שׁוֹבְבָה** scobabim, id est avertentes, vagi, inconstantes, revertentes ad vomitum; Septuaginta, vertunt, apostolæ; Chaldaeus, qui vos obfirmatis ne convertamini.

ET SANAB AVVERSIONES VESTRAS. — vestra peccata idolatrias, quibus a me conversi estis ad idola, miliisque rebellatis, q. d. Condenabo vobis omnes preteritas rebelliones vestras. In Hebreo pulchra est allusio inter נזב sentia, id est revertimini, סובבב סובבב, id est avertentes vos sive rebellates, et משבבב משבבב משבבב, id est aversiones sive ribelliones vestras.

ET (supple, dicte) : ECCE NOS VENIMUS AD TE. —
Est mimesis, qua eis modum et formam penitentie prescribit. Ita S. Hieronymus. Hanc amplexi sunt Iudei, reque ipsa peregerant sub Iosia rege, IV Reg. xxii et xxxiii.

23. VERE MENDACES ERANT COLLES. — Vere mendacibus erant di plurimi, quos in montibus et collibus colebamus. Est metonymia. Hebreaca est, *frustra a collibus*, id est ab idolis collum, supple, speravimus auxilium, nunc experientia tot malorum edocet agnoscamus et profitemur, quod vere in Domino Deo nostro sit salus Israel, non in idolis.

24. CONFUSO COMVENT LABOREM PATRUM NOSTRUM, — id est idolatria, que nos confundit, causa fuit ex patres nostri sini punit, et omnipotens in rebus vastat; vel, ut Theodoreetus, cum omnia bona, alias filios et filias, idolis insumpserint et sacrificariunt. Unde Pagninus verit: *Baal consumpsit labores patrum nostrorum*. Sie hodie Bacchus et Venus consumunt labores et opes mulierum. Tyrannus, inquit Plutarchus, permettit et facit ut cives dientur; sed deinde opes ab eis collectas per tributa exsugit, lisque se ditat; ita facti et demoni, qui est primus et summus tyrannus, omniaque suorum hominum sibi diripiunt et explicant. S. Hieronymus, Rabanus et Lyrans intelligunt hec de peccato christicidio, ab quod Iudei cum bonis suis omnibus perierunt. Hoe verum est, sed allezorium.

Secundo et magis genuine, Maldonatus et alii explicant: Confusio, id est vastatio et calamitas confusionem et pudorem peccatorum affens, comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, q. d. Jam inde a pueritia nostra experimus frustre patres nostros laborare; omnia enim illis succedunt, omnia vastantur, quia Domino discesserunt. Sapiamus ergo parentum halo, et ad Dominum revertamur. Aliquot dormiemus in confusione nostra, id est in pauperitate et vastatione nostra miseri, anxi, confusi, ipsa ludibriis et probrum Dei et hominum, dormiemus, » ita ut nec noete sit nobis quies misericordia. Secundo, » dormiemus, » id est momentum in t�dem: » Et operiet nos ignominia nostra; quoniam Dominus Dei nostro peccavimus.

bus. Unde post confusione hanc, vers. 24, non esse ipsum peccatum, sed peccati effectum per nimam.

Moraliter, disco hic quid sit penitentia, quantum peccatores in alios viros committunt. Penitentia est, quae anteacte vires errata corrigit, eum conciliat, scandala emendat, mentem imputat, adeoque alium hominem efficit. Iseus enim primam statem voluntatis consecrassit, ad virilem peruenit, tanquam aliis factus, in modum severitatem induit. Quare pertinaciter coidam: «num aurum fulgens, quod stendit, gratum oculis esset: Des, respondit, habere ab oculis.» Idem interrogavit: «qui

piscis, aut que avis esset ad versendum suavis-
sima: Desi iterum, respondit, ejusmodi accep-
tum. » Addiditique: « Sens enim me fructus
colligere a Tantalii horitis; indicans omnes ejusmodi
voluptates, quibus juvenis capitur, nihil aliud
esse quam somnia et umbras. Ita Philostratus, De
Vitis Sophistarum.

Perdite luxurie Athenis adolescens Polemon, neque illecebris tantummodo, sed etiam ipsa infamia gaudens; cum e convivio non post occasum solis, sed post ortum surrexisset, domumque rediens, Xenocratis philosophi patentem jumam vidisset; vino gravis, unguentis delibus, tertia capite redimite, pellicula ueste amictus, referat turba doctorum hominum scholam eius intravit, nec contentus tam deformi introitu, consedit etiam, ut clarissimum eloquium et prudissima precepta temeritatem lascivias eluderet. Orta deinde, ut par erat, omnium indignatione, Xenocrates vultum in eodem habitu contumuit, omnisquisque de quibus discrebat, modestia ac temperanlia loqui copit. Cujus gravitate sermonis resipiscere coactus est Polemon; primum coronam capite detractam proiecit, paulo post brachium intra pallium reduxit, procedente tempore oris convivialis hilaritatem desposuit; ad ultimum totum luxuriam exlit, unius orationis saluberrima medicina sanatus, ex infami gaeoneo maximus philosophus evasit. Peregriinus est huius antiquis in negotiis, non
S. Joannes, sua charitate et lacrymis ita convertit, ut totus sanctus effectus, dignus habitus sit qui ab eodem Ecclesie praeficeretur. Quare recte S. Augustinus, lib. De Panitia : « Poenitentia ait, languores sanat, leprosus curat, et mortuorum suscitat, sanitatem augat, gratiam conservat, claudis gressum, cecis restitut visum, vita fugat, virtutes exornat, mentem munit et roboret. Audi et Petrum Chrysologum : « Quis, at, in saeculo peccavit enormis Paulo? quis in religione gravius Petro? illi tamen per poenitentiam meruerunt assequi non solum ministerium, sed etiam magisterium sanctitatis ». Otto IV Imperator, excommunicatus ab Innocentio III., semulum nactus est Fredericum II., nunquam posterit; sub finem vites inefabilis contritione compunctus, a Sifrido Hildesheimensi Episcopo absulitus, in pace quievit, quam absolitionem Henrici Papa ratam habuit. Tanta autem feruimus morituri penitudo, ut coquinariis suis jubeat collum suum calcaneis premere, seque vel vivissimum creaturam conculcare. Ita Crantius lib. VII Saxon. cap. XXXVII.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Invitat Iudeos ad paenitentiam non fictam et simulatam, sed veram et seriam: ni eam faciant, minatur eam per Chaldaeos, idque describit de pingendo terribilem eorum, primo, exercitum et adventum, vers. 7; secundo, obsidionem Hierosolymae, vers. 16; tertio, vastationem Iudeea, vers. 23.

Itac omnia facile concionator adaptabil enivis bello et cladi divina, ac präsentem exercitio orbis et diet judicii. Discant hic a Jeremia concionatores plagas imminentes reipublice et prudenter provisias predicere comminari et inculcare, tisque terrere et urgere populum ad penitentiam (1).

1. Si reverteris, Israel, ait Dominus, ad me convertere : si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis. 2. Et iurabis: Vivit Dominus in veritate, et in iudicio et in iustitia ; et benedicunt eum gentes, ipsisunque laudabunt. 3. Haec enim dicit Dominus viri Iuda et Jerusaleni: Novate vobis novale, et nolite serere super spinas : 4. circumcidimini

(1) Pergit Propheta in huc episcopum quod in praecedenti capitulo et ut efficaciter ad penitentiam coheretur, postquam rationem, modum, fructus et necessitatem conversionis demonstravit, et in quo superioribus hujus capitulis versus penitentiam sinceritatem per emendationem expositum.

Quarto, novum motivum addit de malis in obdurate
centuris depropromptum, scilicet **primo**, trepidatione et fuga,
secundo, stupore et inopia consilli, **tertio**, op-
positione hostium subitanearia, **quarto**, exponit.

Domino, et auferte preputia cordium vestrorum, viri Iuda, et habitatores Jerusalem : ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum. 3. Annuntiate in Iuda, et in Jerusalem auditum facite : loquimini, et canite tuba in terra : clamate fortiter, et dicite : Congregamini, et ingrediamur civitates munitas. 6. Levate signum in Sion. Confortamini, nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquiloni, et contritionem magnam. 7. Ascendit leo de cubili suo, et praedo Gentium se levavit : egressus est de loco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem : civitates tue vastabuntur, remanentes absque habitatores. 8. Super hoc accingite vos cibicis, plangite et ululate : quia non est aversa tua furor Domini a nobis. 9. Et erit in die illa, dicit Dominus : Peribit cor regis, et cor principum : et obstupescunt sacerdotes, et prophetae conterrabantur. 10. Et dixi : Heu, heu, heu, Domine Deus, ergone decepi populum istum et Jerusalem, dicens : Pax erit vobis; et ecce pervenit gladius usque ad animam! 11. In tempore illo dicetur populo huic et Jerusalem : Ventus urens in viis, quem sunt in deserto viae filii populi mei, non ad ventilandum et ad purgandum. 12. Spiritus plenus ex his veniet mihi : et nunc ego loquar judicia mea cum eis. 13. Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currus ejus : velociores aquilis equi illius : ve nobis, quoniam vastati sumus! 14. Lava a malitia cor tuum, Jerusalem, ut salva fias : usquequo morabuntur in te cogitationes noxiae? 15. Vox enim abundantians a Dan, et notum facientis idolum de monte Ephraim. 16. Dicte gentibus : Ecce audiunt est in Jerusalem custodes venire de terra longinqua, et dare super civitates Iuda vocem suam. 17. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro ; quia me ad iracundiam provocavit, dicit Dominus. 18. Viae tuae, et cogitationes tuae fecerunt haec tibi : ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. 19. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me : non tacebo, quoniam vocem buccinae audivit anima mea, clamorem prelii. 20. Contritio super contritionem vocata est, et vastata est omnis terra : repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles mee. 21. Usquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinae? 22. Quia stultus populus meus me non cognovit : filii insipientes sunt, et recordes : sapientes sunt ut facient mala, bene autem facere nescierunt. 23. Aspexi terram, et ecce vacua erat, et nihil: et celos, et non erat lux in eis. 24. Vidi montes, et ecce movebantur : et omnes colles conturbati sunt. 25. Intuitus sum, et non erat homo : et omne volabile colli recessit. 26. Aspexi, et ecce Carmelus desertus : et omnes urbes ejus destructae sunt a facie Domini, et a facie ira furoris ejus. 27. Ille enim dicit Dominus : Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. 28. Lugebit terra, et merebunt cœli desuper : eo quod locutus sum, cogitavi, et non penitus me, nec cœsum ab eo. 29. A voce equitis et militantis sagittam fugit omnis civitas : ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupes : universæ urbes derelictæ sunt, et non habitat in eis homo. 30. Tu autem vastata quid facies? cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, et pixieris stibio oculos tuos, frustra componeris : contemplerunt te amatores tui, animam tuam querent. 31. Vocem enim quasi parturientis audiri, angustias ut puerpera : Vox filiæ Sion intermontantis, expandentisque manus suas : ve mihi, quia defecit anima mea propter interfectos!

1. Si REVERTERIS (est futurum); ita Hebreæ et

et continuo ^{re}alis populum exerceat, cum in sua stultitia perseveret, nec ad meliorem frugem redeat, 22; *territo*, divino responso accepto vates flum orationis repetit, horridamque terræ prorsus devastandæ faciem, solemne consequentem, 23-29; vnum calamitatis remedium, solem omnem frustrans vividis coloribus depingit, 30, 31.

Romana, scilicet ab idolis et a peccatis tuis, ad me serio et constanter, non flecte aut leviter et inconstanter, uti hactenus fecisti! *CONVERTERE*. — Ita Romana in imperativo. Licet enim in Hebreo sit futurum, tamen illud sepe caput pro imperativo: Vatablus tamen et a Castro accipiunt in futuro *convertere*, id est mecum in gratiam redibis, ut apud me quiescas, et securus sis ne ab

hostibus capiaris. Septuaginta vertunt : *Si reverteris ad me, revertetur*, supple, Deus ad te.

Si ABSTULERSIS OFFENDICULA TUA, — id est idola. Ita S. Hieronymus, Theodoreetus, Rabanus, S. Thomas. *Secundo*, Lyranus et Dionysius, *offendicula*, inquit, id est peccata quibus Deum offendis, vel que te faciunt offendere et impingere in variis lapsus, mala et ærumnas.

NON DEMOVEBERIS. — Hebraice, *non entrabis*, ut eas in captivitatem Babyloniam, que aliqui tibi impedit.

2. ET JURANS : VIVIT DOMINUS. — *Jurabis*, id est colles Deum, jurando per Deum vivum, vel per vitam veri Dei (hoc enim significat hebraice, *civit Dominus*), non per vitam idolorum, que sunt mortua. Nota : Per juramenta accepit omnem publicum Dei cultum : est synecdoche, pars enim latris et cultus Dei est juramentum. Sic *Psalm. LXII*, 12, dicitur : *Laudabuntur omnes qui iurant in eo*, id est qui colunt eum. Ita S. Hieronymus et Theodoreetus.

Advertit hic S. Hieronymus juramentum, ut sit licitum, debere tres habere comites : *primo*, veritatem, ne sit mendax, id est ne jures falsum, *dubium*, incertum, aut ficti, dolose, amphibile; *secundo*, iudicium, ne sit incautum ; ut scilicet fiat ex necessaria causa, discrete, premeditate, provide, reverenter. Unde Philo, *De Decalogio*, post medium : *Juraturus ait, se consideret quam purus sit anima, corpore, lingua ; illa ab iniurialibus, hoc a placitis, hec a maladientia ; nefas est enim per os quo profuderit nomen illud sanctissimum, quidquam turpe progrederi : deinde, ut fiat non loco profano et impuro, sed loco et tempore congruo. Qui hec contemnit, sciat se scelerum, impurum, et diris ultricibus puniendum.* Ita Philo, *Tertio*, justitiam, ne sit iniquum, ne cui injuste noceamus, aut nocere iurēmus ; alioqui si quid horum trium desit, non est juramentum, sed perjurium, id est iniurum et impium juramentum, ait S. Hieronymus, et habeatur *XXII, Quæsti. II, cap. Adversari. I. Ita et D. Thomas hic, et II, Quæsti. LXXXIX, art. 3.*

BENEDET EUM GENTES. — « Eum, » scilicet populum Israel. Ita Chaldeus, S. Hieronymus, Rabanus, Vatablus, et in eo Deum eorum. Ita Septuaginta et Theodoreetus, q. d. Gentes videntes Israhæm, ita Dei sui cultorem, tam religiose per eum jurare, dicent : *Quam pius et probus est israel! faciat mihi et meis Deus, sicut Israeli ; benedictus sit Israel et Deus Israels; cumque probum quem viderint, dicent ; Iste est similis Israeli. Ita Vatablus.*

3. NOVATE VOBIS NOVALE, — q. d. *Sicut fit novale*, id est sicut terra inculta de novo atra proscinditur, et a spinis ac sentibus expurgatur utin ea seminetur ; ita agrum cordis vestri ab idolatria et vitiis quasi spinis per penitentiam expurgate, ut seratur in eo verus Dei cultus, et

semen verbi legis ac gratia Dei, flatisque nova Dei creatura, *Galat. VI, 15* : « Ut munda semina munda arva suscipiant. Quomodo enim potest audire sermonem Dei, et concipere semina, et fructum facere, cujus animus ærumnis mundi plenus est? » ait S. Hieronymus et Theodoreetus. Unde Tertullianus, lib. I *Contra Marcion*, cap. XX, legit : « Renovate vobis novamen novum ; » et lib. *Contra Judæos*, cap. III : « Innovate vobis novitatem. » Hinc et allegorie S. Justinus, *Contra Tryphon*, ait Judeos hic monerit agnoscant Christum, qui erit ipsiis novale pulchrum et pingue in cordibus eorum. Chaldeus verit, *facile vobis opera bona, et non quereris salutem in peccatis*. Apposite hec referas ad renovationem spiritus, et voluntor, quam identidem Religiosi, et omnes profectus spiritalis avidi, faciant oportet. Vide circa hunc locum Viegas in cap. XII *Apost. Comment. III, sect. XVIII, num. 8.*

4. CIRCUMCIDIMINI DOMINO, — circumcidimus corde, non carne : *intrinsecus*, non *extrinsecus*, Deus enim cor intuetur et respici, cum homines exteriora respiciant. Unde explicans subdit :

AUFERTE PREPUTIA, — id est immunditas et peccata cordium vestrorum : Judeis enim immundum erat preputium, et gentes preputium, Quare Symmachus verit, *Purificamini dominio, et auferte malitias cordium vestrorum*. Nimirum haec est circumcisio de qua Apostolus, *Rom. II, 28*, ait : « Non enim qui in manifesto, Judeus est, neque quis in manifesto in carne, est circumcisio ; sed qui in abscondito, Judeus est, et circumcisio cordis in spiritu, non littera ; cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est, » scilicet ea demum vera Deoque accepta est circumcisio. Oculos ergo oportet circumcidere, manus, pedes, linguam ; sed maxime cor, id est voluntatem, intellectum et memoriam, ab oculis vani, fallaces turpescus aspectus, a manibus tactus, a pedibus itinera, a lingua juramenta, mendacia, detractiones, obscena verba, a voluntate pravitas, durities, carnalitas, et quidquid Deo displicet, rescedantem est. Ad huc autem requiritur continua reflexio, lucta et mortificatio. Nam, ut ait S. Ephrem, *Adhort. ad pietatem*, tom. I : « Bellum militum breve, sed monachi (pariter et christiani) donec emigret ad Dominum, durat. » Rursus, fortis resolutio, ingensque vitium resecandi cupidio. Sapienter Ephrem *vident* : « Si leonem, ait, jugularis vis, firmiter apprehende, » q. d. Si vitium resecare vis, fortiter et directe illud aggredere, ut stirpum evellas. Si subinde vincatur quis et cadat, mox generose surgat et vincat : « Vulnerata es, o anima, ne teipsam desperes. Nam sepe licet pugil occiderit, tandem adhuc coronam referit, » ait idem Ephrem *pares* 42, tom. II.

Et SUCCEDEANTUR. — Alludit ad spinas, que facile flammam concepient. Sed, enim peccata iram Dei accidunt. *Isaiae IX, 12* : « Succensa est quasi

is impetas, vespem et spinas vorabit. » *Et Isaiae* . 7. « Et erit lumen Israel in igne, et sanctus in flamma, et devorabit spuma ejus et vapores. »

5. CLAMATE FORTITER. — *Hebreæ, clamate, implete, id est plene et fortiter clamate hostes Chaldeos immovere. Hebrei enim sepe ponunt verbum pro adverbio.*

6. LEVATE SIGNUM, — ut qui in agro sunt, sciunt hostem immovere, et se in urbem recipiant (1).

CONFORTAMINI, NOLITE STARE, — q. d. Nolite animo aut corpore consternari, sed fortiter et coloriter fugite in urbem et loca tua; solent enim qui animo consternantur, stare strupfanti aut cunctabundii. *Potest secundo, cum Septuaginta, Chaldeos et Recensioribus verbi: Festinare, ne cunctemini recipere vos.*

Hugo, Lyranus et Dionysius putant hec ironice dicti, quia frustra in urbem fugiebat illi capiens, nisi ad pericula munera configressi.

QUIA MALUM (id est Chaldeos vastatores) **Ego ADDUCO AB AQUILONIBUS,** — id est a Chaldeis per Syriam et Dan, que sunt ad Aquilonem Iudeas; hac enim via in Judeam venerant Chaldei.

7. ASCENDIT LEO (id est Nabuchodonosor) **suevus et crudelis ut leo;** ipse enim est prius (*Ierob. XVII. 23*) **masciat;** id est interfector et excisor GENIUM. — *Audi Lucanum, lib. I, iras et gestus leonis bellum paratus graepice deponendum:*

Sicut squallida arsis
Estior Libyes viso leo commis hostis.
Sedis eius, totum dum colligunt iram:
Mox ubi se seva stirpavit verbena cardu-
tæctique jales, vaso et grave mureno lucta-
reant, iam tacta levi si lucte Maris
litterat, aut istum subiecta verbula pectus,
Per ferum tanti seruus vulnera exit.

Quocirca Egypti significantes terribilem et formidabilem, pingebat leonem: « Quia cum viribus maxime pollet animal horum, omnibus qui cum eum inspexerint, metum incipi, » inquit Horus Apollo, *herog. XX.*

9. PERIBIT COR REGIS — Joakin, Joachim et Se-decie. *Ita Theodorus, q. d. Adventante Nabuchodonosore reges Iuda, principes et sacerdotes pavore percellantur, ut nec consilio, nec armis possint populum juvare et tueri.*

ET PROPHETÆ. — pseudoprophetæ, qui prospera prophetauerant Iudeas, videntes se falli, et hostem adesse, consternabantur. *Ita Chaldeus, Hugo, Lyranus et Dionysius.*

10. HEU, HEU! — *Hebreæ est una vox do-
fantis et admirantis alia, de qua cap. 1, 6.*

DECIPISTI (id est decipi permisisti) **OPERUM IS-**
TUM, — *per pseudoprophetas, de quibus versu-*

(1) In locis atque supra diximus, verilla erigentur, tanquam signa, ad quæ homines convenire debent, sic etiam hoc loco verum erigi jubetur, quo significatur locus, ad quem excedunt in regione verso tanquam ad auctorum concurrence. —

precedenti, predicentes pacem Hierosolymæ. Ita Theodoreus, Chaldeus, Hugo, Lyranus.

Secundo. S. Hieronymus: « Decipisti me, » inquit, quia cap. preced., vers. 17, pacem promisi, cum hic minoris excedum; non enim intelligebat Jeremias illud cap. precedentem promitti pro suo, sed pro Christi tempore; verum hoc parum videtur probabile.

ET ECCE PERVENTI GLADIUS OSQUE AD ANDIAM, — usque ad vitam vilieus amissionem, vel usque ad intimam, usque ad cor. **Tertio,** usque ad primi pes ipsorum, sacerdotes et Prophetas, qui quasi a ma sunt pupuli, inquit Maldonatus.

11. VENIS URENS, — id est exercitus Chaldeorum, qui omnia vastabit ut ventus urens, venit a deserto (2).

VIE FILII POPULI MEI, — id est a deserto quoq; a Babylone via est, id est ducit, ad filium meum, id est ad Ierusalem, idque non ad ventilandum et ad purgandum, » sed ad perdendum eam, ut omnia depopuletur, vaset et exurat. *Ila S. Hieronymus.*

12. SPIRITUS PLENS (id est multus, perfectus, validus, spiritus turbinis et tempestatis bellum Chaldeorum, qua Iudeos involvant) **EX HIS AUS** (desert) **VENIT MUNI** — in obsequium meum. Vox est dei. *Ila S. Hieronymus.*

Secundo, ex Hebreo efficiens verti potest cum Vatablo, **spiritus pectorum et vehementior,** scilicet quam sit spiritus ad purgandum et ventilandum, nibi veniet. Notandum enim duplicit vento, id est supplicio ut Deum, uno ad ventilandum, purgandum, corrugendum; secundo, ad omnino perdendum. Prior usus fuit, cum Manasse, alias saepe Iudeos punivit; posterior, cum per Nabuchodonosorem Ierusalem, et Iudeas regnum extinxerit.

NUNC EGO LOQUAR JUDICIA MEA CUM EIS. — Vata-

(2) Malum pre-excessus quo Judæa vexatur est ventus qui ab Arachibus dictat Samum, a Tauris Samut, et ab Hebreis Tigris, *Psalm. xi. 6, cxvi. 53, IV. 17,* *Ierom. iv. 11, etc.* Spiritus in Persia, Babyloniam, Asia, et in deserti Egypti, mensibus junio, julio et agosto; in Nubia vero quoque martio et april, atque septembri, octobri et novembri. Numquam quidem ultra septem vel octo, ex relatione vero Olivier in *Descriptione itineris ad per imperium Turcicum*, raro ultra duo vel tria instata, ast, omnes homines qui in campo sub die erecti stant, momento intereunt. Mortui primum dormientibus similes jacent, verum arepti forte manus ut existent, abrumptur, patet post cadavera algidum indutum. Veetus hic peccati in aeren, neque infra altitudinem duorum pedum a terra spirat, hinc homines, cum illum immisere observant, prout in faciem produnt pedibus plaga, ex qua venti obversa, ore ad terram fieri applicato, atque quo minimum fieri potest, respirantes, ne quidquam ex aera mortifera sorbeant. Indubitate spiratur Samum sunt nebulae, fero ut Iris, sublimes, in aere a longissimo apparentes, et strepitus qui plaustrum spirare faciat Samum. *Jahn, Archœol. Biblio-*

part. I, cap. 1.)

blus, Isidores et a Castro putant esse verba Jerome. Melius S. Hieronymus, Rabanus, Hugo, S. Thomas et Lyranus consent esse verba Dei, ut et praecedentia hoc enim est quod dicit: « Et nunc, » id est **tunc** (loquitor enim perinde ac si tempus illud iam adisset) « loquar judicia mea, » id est justas incepções meas cum eis. Loquar, inquam, non voce, sed facto; non verbis, sed verbis, scilicet in lingua eis justas et meritas pœnas. Vide *Canon. XXIX.*

13. ECCE QUASI NUDES (scilicet tenebrosa, et densa et tristis) **ASCENDERET,** — densus etater exercitus Chaldeorum.

VELOCIONES AQUILIS EQUILLUS. — Sicut aquile, magno impetu, celeriter, potenter, sublimiter volant, et in alias aves involant, easque sternunt et lanianit; sie et Chaldei equites in Iudeam invadunt, eamque sternunt et lanianunt.

Nota: Chaldei hic comparantur **primo,** leoni, vers. 7; **secondo,** vento urente, vers. 11; **tertiio,** nubi et turbini, vers. 13; **quarto,** aquilis, ibidem; **quinto,** custodibus agrorum, vers. 17.

14. USQUEquo MORABUNTUR (Hebrei **תְּלַתְּתָלָה**, moras facies, id est reficiens in animo) **COTRATTO-**
MIS NOXIE? — Pro **noxia.** Aquila pariter verti, **זְמִינָה;** id est **dannū;** Symmachus, **ἀδύνατος;** id est **injustis;** *Septuaginta, οὐσία;* id est **laborum et dolorum.** Hec omnia enim significat hebreum **תְּלַתְּתָלָה** enim similes sunt.

15. VOX ENI ANNUNTIANTIS A DAN. — *Nota: Dan,* que primo Lais, postea Pancas, deinde a Philippo Tetrarchi, in gratiam Tiberii Cesarii, dicta est Cesarea Philippi, teste Josepho XVIII Antiq. III, terminus est Judeæ Aquilonaris versus Babylonem, siue Bersabee est terminus Judeæ Australis. Unde dicitur, « a Dan usque ad Bersabee, » id est per totam Judæam. **Secundo,** post tribum Dan succedit tribus Ephraim, per quam venitur Ierusalem, q. Hostis Nabuchodonosor imminent, video jam videre profugos, et audiunt munios ex Dan, quod Babylonii adventent; immo munios ex Ephraim, qui nuntiant **idolum,** id est vexilla Chaldeorum idolo Bel insignita, adventare. *Ila Theodorus et S. Hieronymus.* Potest per **idolum** quicunque accipi ignis, quem colebant Chaldei carnisque preferabant. Hic enim eminus speculatoribus era; conspicuus, illa Sanchez. Alii, ut Maldonatus, per **idolum** accipiunt idololatrias Chaldeos, aut ipsum Nabuchodonosorem, qui se quasi idolum adorari fecit in statua aurea, *Daniel.* iii. 2. Verum hoc sui **idolum** postea ab eo erexitur.

16. VENTUM MEUM DOLO — Illebræ est viscera mea, viscera mea dolos. Nota haec non esse verba Dei, ut vult S. Hieronymus, sed Jeremias, q. d. Ex haec calamitate populi mei ego Jeremias illi compatis, totus quasi intimus animi sensibus percolat, ut venter et reliqua viscera mea inde indolent, contractantur, et terminibus quasi lugubri cithara resonent, ut sit Isaías de Moab, cap. xi, vers. 11. *Ila S. Hieronymus et Theodorus.* Hinc aliquipper **ventrum** accipiunt cor: cor enim est venter, id est vas et receptaculum anime; unde explicans subdit: « Et sensus cordis mei turbatis sunt, » inquit Hesychius.

17. NOZIANENUS, ORAT. 10 IN SANCTUM BAPTISMUM, et Gregorius, homil. 10 in *Ezechiel.*, per **ventrem** accipiunt mentem: « Ventrem doluit, qui mentis afflictionem sensit; » unde subdit: « Et sensus cordis mei conturbati sunt, » inquit S. Gregorius. Sed hoc videtur mysticum: nam ad litteram pro pre-venter hic accipitur.

SENSUS CORDIS MEI TURBATISUNT. — Hebr. *αει: Pa-*

retes cordis mei, id est precordia, repeate doleo, tumultuans mihi est cor meum, id est saltit et palpitat, ut in pavidis et percusulis fieri solet. Unde Aquila veritatis, **exaltata**, id est tumultuatur; Septuaginta, **pavaria**, id est fluctuat (licet Complutenses legant **permutata**, id est me premxit) anima mea.

QUONIAM VOCEM BUCCINÆ (Chaldaeorum) AUDIVIT
ANIMA MEA. — Non dicit se buccinam oculis vidisse,
sed audivisse animo; quia per prophetiam tan-
tum eam in spiritu prævidit.

20. CONTEITIO SUPER CONTRITIONEM VOCATA EST, —
q. d. Post famem invasit Iudeos gladius, inquit
Ilyranus, et post obsidionem captivitas, inquit
Maldonatus. Secundo, Vatablus et Hugo, q. d.
Vastatio durarum tribuum venit post vastationem de-
cim tribuum. Tertio et planissime, significat haec
phrasis congeriem calamitatum sibi in vicem sue-
cedentium, non casu, sed a Deo quasi evocatarum
et immissarum in impios Iudeos. Ita S. Hiero-
nymus.

VASTA SUNT TABERNACULA MEA, SUBITO PELLES
MEE, — id est vastatum est templum, quod erat
instar tabernaculi Mosis, operi bellibus, inquit
Lyranus et Dionysius. Secundo, tabernacula sunt
domus et urbes munite, quas Chaldei tam facile
dirunt, quam tabernacula et pellis, inquit a Castro.
Tertio et simplicissimum, q. d. Omnis terra,
id est omnes agri vastati sunt, et que in eis sunt
et bellibus tentoria ad excubandum, sive ad gre-
ges, sive ad uvas et fructus custodiendum, pariter
vastata sunt.

Nota: Tē pelle idem est quod tabernacula vel tentoria e pelibus facta. Denique per catachresin, tabernacula et pelle hic significare possunt quavis domos et urbes. Prima enim Patriarcharum peregrinantium domus fuerunt tabernacula. Ita Maldonatus.

21. USQUEQUO VIDERÒ FUGIENTEM? — Ita quoque vertunt Septuaginta, *fugientem*, scilicet populum Iudeum a facie Chaldeorum. Reete: legerant enim διὰ ναῶν, jam aliis punetis legunt διὰ νεσ, id est vexillum. *ταῦ Χαλδαῖον καὶ Βατάλου,* q. d. Usquequo videbo vexillum, et audiam tubam turbamque hostium: id est quamdiu durabit bellum, hellicum strenuit, metus et horror?

22. QUA STULTUS. — Respondet Deus, q. d. Tamdi durabit, quamdiū Judæi in sua stultitia perseverabunt, ut me non agnoscent.

SAPIENTES SUNT UT FACIANT MALA, BENE AUTEM FARE
CERE NESCIRUNT. — Ita peccatores et mundani
terrena et caduca clarae vident et intelligent,
celestia et eterna non pervident : ad vitia perpe-
tranda sapientes sunt, ad virtutes comparandas im-
perfissimi: iunundanislynœci, in celestibus talpe
sunt. S. Basilius, homil. 8 *Hæzam*, tales comparat
noctis, quæ in tenebris acie oculorum pollent,
in luce circuuntur. Id facit diabolus. Hujus rei ty-
pus fuit Naas rex Ammon, qui ad eives Jubes Ga-
gaiad ait, Igitur **XI**: « In hoc feriam vobisim fo-
dus, ut eruan omnium vestrum oculos dextros. »

Nas enim hebreiae idem est quod serpens, puto diabolus. Oculus sinister est, quo terrena; dexter, quo celestia et eterna intueuntur. Feedum ergo hoc fodus cum multis percutit Nas tararens, ut dextrum oculum eruat, sinistrum reservet ut in humanis acutum videant, in ducis cœlant. E contrario viri sancti mundo civini sunt, Deo videntes, de quibus S. Chrysostomus, homil. 24 in Gen.: « Oculi fidelis, inquit, quando vident ineffabilia illa bona, non sensim quidem haec visibilias, et homil. 52 in Acta: « Nullus invisibilis videns, videt visibilias. »

— Verba sunt Prophetæ, q. d. Ego Jeremias tam prævio Judeo calamitatem, ut terra omnino sit desolanda ab omnibus jumentis et feris, ita ut et aves inde avolent, utque hominibus afflictissimi et turbatissimi sol et celum obtenebrescere, montes et colles moveri videantur; utque celum triste et nubilum, ac terra desolata lugere videantur nam hominum cladem. Ita S. Hieronymus et Theodoreut. Vide Can. XXXII.

תורת כבודו
Nota: Pro *vacua et nihil* hebreice est *tohu vavoh*, quod *Genes.* 1, 2, verit interpres nos, « inanis et vacuus » Chaldaeum, *vacua et desolata;* Symmachus, *ερημαζων*, id est *confusa*, q. d. Chaldaeis Judeam redigent ad illam *vestitatem et solitudinem*, in qua terra creatu fuit a Deo, *Genes.* 1, ut videatur ipsa ad primum suum regere chaos.

Tropologice, **vix** quidam sapiens meditando de celi gloria et magnitudine, cum eo mente concenderet, ac terram deinde instar puncti aspiceret et despiceret: « Aspxi, inquit, terram, et ecce vacua erat et nihilis. »

25. INTUITUS SUM, ET NON ERAT HOMO. — Quia omnes pene homines in Iudea, a Chaldaeis vel occisi vel abducti sunt, aut fuga dilapsi.

Symbolice, hunc locum eleganter tractat Cosmas Magalianus in *Hil Timoth. cap. iv*, vers. 5, not. 2: *Terra, inquit, est vacua, cum hominibus virtute probatis, quibus conditae sunt, caret; cum ergo in leones superbos, harpyas tenaces, voraces lupos pro veris hominibus passim incidamus, an non terra manus videtur et vacua? nam, ut apud Epicetus: « Hominis nomine dignus non est, qui virtutis studiosus non est. » Hinc ait Jeremias: « Intuitus sum, et non erat homo. » Diogenes Cynicus in Atheniensi foro media luce, preeunte lucerna inambulans, rogatus quid ageret: « Homo, inquit, quero, non inventio. » Verus ergo homo est illius quem describet *Eccles. xii, 13*: « Deum time, et mandata eius observa: haec sunt enim omnis homo; » vel, ut Septuaginta vertunt: *In hoc consistit omnis homo.* Qui ergo Deum timet, hic solus verus est homo; exterius ut asot et intem-*

COMMENTARIA IN JEREMIAM PROPHETAM CAP. IV

perantes, facti tantum hominis larvam gerunt (1).
26. ET ECCE CARNELUS, — mons Judææ fertilissimus, sub quo totam Judæam intelligit, ut dixi cap. II. vers. 7.

DESERTUS. — Id est deserendum est, quia vassandus. Ha. Illo. Hieronymus, Theodoreitus, Rabanus, Hugo, Lyranus. Sed Vatablus et Pagninus: *Carmelus accipiunt quasi appellativum, vertunque: Ecce locus paucus aut fertilis desertus est.* Sed eodem redit sensus, quem clare exprimit Chaldeus variens: *Ecce terra Israel, qua plaudata erat sicut Carmelus, conversa est in desertum.*

27. CONSUMMATIONE NON FACIAM. — Non funditus perdetur, nec consumetur Iudea, quia in ea Chaldei reliquerunt aliquos ad terram colendam: vel potius, quia Iudei post septuaginta annos e capite reducti sunt. Ita S. Hieronymus, Theodorus et alii.

28. LUGERIT TERRA, ET MOEREBUNT COELI. — g. d.
Terra pro solitudine et squalore lugere videbuntur.
Lugebit » ergo, id est desolabitur. « Coeli mo-
rebunt, id est obtenebrent, ut vertum Sep-
tuginta et Chaldaeus, ita ut aer et coeli Iudeis
deo afflictis tenebris videantur, et mororem
omnibus inceutere. Vide dicta vers. 23.

EO QD LOCUTUS SUM, COGITAVI, ET NON PONUIT
E. — q. Ha plage et terrores certo Iudeis ob-
seruent: quia ego eas locutus sum et commin-
auit, non temere, nec ex subita cholera, sed post
naturam cogitationem et deliberationem; ideo-
que decreti mei et comminationes me non poni-
ant, illud non mutabat, nec revocabat.

NEC AVERSUS SUM AB EO. — Non averiar, non
resistam a meo proposito vindicandi et puniendo
alios.

20. INGRESSI SUNT ARDUA. — In ardua nemora et untes receperunt se Judei, fugientes Chaldaeos. Cerice est, ingressi sunt **בְּאַבִּים**, nubes, id loca sita sicut nubes. Secundo, Chaldeus, **וְאַבָּלֶת** et Pagninus, **אַבִּים** a radice **אַבָּה**, que

(1) Et orne volatiles celi recessit. » Quod Grotius re-
ad fugias aves concuso per clamorem militarem aere.
D. Michaeli Imago petitum videtur ab horribili tem-
peste, qua ingruente violenter etiam autiugant se ab-
soluti. Sed melius deserunt periret hoc ad descrip-
tionem summae vestitatis. » Intuitus est, inquit S. Hiero-
nymus, et non illicet circumscriptus, et non ait quidem
inventari. Hoc verum esse, nunc totus origine de-

significat densare, delucentes, vertunt, ingress sunt in densa nemora, aut sylvas; Septuaginta, *relinquere*.

30. Cum VESTIERIS TE COCCINO. — Alludit ad Je-
zahel, quem intrante Iehu hoste in Samariam, « de-
pinxit oculos suos stibio, et ornavit caput suum, ut
quasi meretrix in sui amorem illiceret Iehu.
sed frusta; Iehu enim querebat ejus animam ei-
regnum. Sensus ergo est: O Iesu, olim gen-
mea, que jam te tam accurate ornas vestibus,
torquebus, annulis, stibio, quasi meretrix,
ambitoribus putas tunc proprios vel auxiliares cos-
te habiturum? eras, quia illi ipsi te vestibus et
bonis spoliabant omnique ornato. Frusta eris
« componeris; » hebreice *tikkippa*, id est
fucabis t, inco tibi formam accenses, ut videaris
esse pulchra et speciosa.

Nota: Hi amatores sunt externe gentes, maxime Chaldei, quorum amicitiam sibi conciliabant Iudei, colendo idola eorum. Ita S. Hieronymus, Theodoretus, Rabanus.

ANIMAM (vitam) TUAM QUERENT, — ut eam per-
dimant.

31. VOCER ENIM QUASI PARTURIENTIS AUDIVI. —

*Vox est Jeremiæ de civitate vastata, afflita et do-
ente instar parturientis.*

ANGUSTIAS UT PERIRAE. — Hebraice et Chaldaice **אַנְגָּשׁוֹת כְּבָשָׂר**, primogenitans, id est parientis primogenitus. Hinc **עִגְלָה בְּכָה** enim est primogenitus. Hinc **עִגְלָה תְּרֵזֶרֶת**, **פְּרִימָפָרֶס**, id est prima parientis, quia secundum parlum experta, in primo pene dolorre emoritur, et vix respiret, sparsis et expansis mamibus collabatur res deliquio. Pari modo faciet filia Sion, id est iherusalem, cum videat suos liberos interfectos.

PROPTER INTERFECTOS. — Noster legit
propter interfectos, quod est in aliis, ut
in eis legendum est cum Romanis, Hebreo et
Iepungitina, non intermoriens expandentesque, ut
igit Plantiniana, et crisi: **VIA MHI, QUA DE-
CIT ANIMA MEA.** — Ita S. Hieronymus: Sionem,
et Ierusalem vocat indigenas, puta cives, et
alios Hierosolymitas. Vatablus et Rabbini pro-
pandentes vertunt, complidentis matr's sua pro-
plore.

*rugim, ita et Septuaginta. Jam aliis punctis legunt
horegin, id est interfectores, q. d. Maxime
slebit Jerusalem ob Chaldeorum interficiendum
dæos crudelitatem. Ita Vatablus, Chaldaeus et
guinus.*